

BAJO ARROYO, Pedro

Noua interpretatio ad textum in cap.
fin. de procuratoribus in sexto, iam
iuuentuti Salmanticensis Vniuersitatis
antea publice explanata / auctore...

Petro Baio Arroyo... – Salmanticae :
Apud Hyacinthum Tabernier... : A costa
de Antonio de Figueroa... Vendese en su
Casa..., 1634

44 p., A-E4, F2 ; 4º

Port. con orla tip.

1. Derecho civil-Comentarios 2.

Zuzenbide zibila-Iruzkinak 3. Derecho
canónico-Comentarios 4. Zuzenbide
kanonikoa-Iruzkinak I. Título

R-6481

N O V A
I N T E R P R E T A
T I O A D T E X T V M I N
C A P . F I N . D E P R O C V R A T O
R I B V S I N S E X T O , I A M I V V E N T V T I
S A L M A N T I C E N S I S U N I V E R S I T A T I S
A N T E A P U B L I C E
E X P L A N A T A .

A V C T O R E
D O C T O R E P E T R O B A I O
*Arroyo, Decretalium in eadem Acade-
mia publico stipendio lectore.*

S A N C T I S S I M Æ V I R G I N I M A R I Æ
(de la V E G A cognominatæ in hac urbe Sal-
mantina) absque labe peccati origina-
lis conceptæ, dicata.

S A L M A N T I C Æ,
A p u d H Y A C I N T H V M T A B E R N I E R , T y p o g r a p h u s
U n i v e r s i t a t i s . A n n o M . D C . X X X I I I .

A costa de Antonio de Figueroa, mercader de libros.
Vendese en su casa à la escaleta de escuelas menores.

THE UNIVERSITY OF TEXAS AT AUSTIN

INTERNET

TO AND FROM TEXAS

OFFICE OF THE DIRECTOR

AND THE BOARD OF REGENTS

EXPLANATION

OF THE

UNIVERSITY OF TEXAS

AND THE BOARD OF REGENTS

OF THE UNIVERSITY OF TEXAS

AND THE BOARD OF REGENTS

OF THE UNIVERSITY OF TEXAS

AND THE BOARD OF REGENTS

OF THE UNIVERSITY OF TEXAS

AND THE BOARD OF REGENTS



DOCTORIS
PETRI BAIO

ARROYO, VTRIVSQUE
IVRIS PVBLICI IN-
TERPRETIS, RELECTIO.

AD TEXT. IN CAP. FIN. DE
Procuratoribus in 6.



OSTOQVAM ex mādato hulus Sal-
manticensis Vniverſitatis, eius iuventu-
ti ſtudioſæ Bonifacij Oſtavi decretum
relatum in cap. fin. de Procuratoribus in
6. anno præterito perlegiſſem, magna
audientium multitudo meos labores gra-
tulans me cogens rogavit, vt eius præle-
ctionem in omnium vtilitatem typis da-
rem: cui præcepto cū tot, tantifque obli-

gationibus me aſtriçtum conſideraſſem, ob temperare illico de-
crevi. Itaque, vt meliori modo noſtri text. materia amplectatur,
eius axiomaprius deducendum eſſe exiſtimavi, quod ſic commu-
niter proponitur. *Matrimoniu per procuratorem ſpeciale mandatu ha-
benti celebratu validu eſt. Mādat. tamen reuocato, licet e d. noſtri mān-
datarij non perueniat matrimonium contractu nullum vig. rē continet.*

47. fol. 1120. *Vetacru* prima parte *specul.*, art. 16. dub. 6. *Bonacina* loco citato num. 7. glossa ibi verbo *ignoraret*, *Ioannes Andreas* num. 1. *Dominicus* §. sane num. 1. & 2. *Francus* n. 4. & 7.

2. Sed licet nostra conclusionis navicula tot tantisque iuris Consultorum responsis, Romanorum Pontificum oraculis, Imperatorum constitutionibus, & auctorum testimonijs in tuto esse videatur, difficilis tamen redditur ex sequentibus difficultatibus. Primo ex eo, nam matrimonium est unum ex septem Sacramentis Ecclesie, cap. ad abolendam 9. de hereticis, cap. debitum de bigamis, Concilio Tridentino Sessione 7. de Sacramentis in genere, canone 1. & Sessione 24. de reformatione matrimonij in principio, & canone 1. Sed Sacramentum per procuratorem percipi non potest: quia omnia sacramenta gratiam conferunt, & digne sunt accipienda, cap. multi 84. 1. quest. 1. ergo per procuratorem matrimonium contrahi non potest.

3. Rursus pugnat: nam ideo tempore nostri textus matrimonium per procuratorem contractum valuit, quia ad eius validitatem eo tempore consensus nusus sufficiebat, cap. sufficiat 27 quest. 2. dict. leg. sufficeit, ff. de sponsalibus: sed hodie non sufficit nudus consensus, nisi coram parrocho, & testibus praestetur, ex Trident. dict. Ses. 24. cap. 1. §. qualiter: ergo matrimonium per procuratorem contractum nullius est momenti.

4. Deinde maxime refragatur: nam matrimonium est contractus, cap. gaudemus de divortijs: sed ea tunc contractus celebrati a mandatario revocato in scio suae revocationis sunt validi: igitur idem dicendum est in matrimonio: minor probatur ex *Pauli* responso in leg. sed & socius 47. §. 1. ff. pro socio, ibi: *Si absenti renuntiata societas sit, quoad is fuerit, quod is ad quis fuit, qui renuntiant in commune redigi, detrimentum autem solius eius esse, qui renuntiant; sed quod absens adquisivit ad solum eum pertinere, detrimentum ab eo factum commune esse.* l. cum pater 77. §. 4. *Mevio*, ff. delegatis 2. l. hoc iure 19. §. si quis dederit, ff. de donationibus.

5. Denique obstat text. in *Clementina* unica de renunciatione, ubi asseritur, renunciationem cuiuscunque beneficii Ecclesiastici a procuratore revocato etiam valere, si revocatio ipsi procuratori, aut ei, in cuius nomen renuntiatio facta fuit, non sit nota: igitur matrimonium celebratum a mandatario revocato

ignaro tamen suæ revocationis valet, & tenet: augetur difficultas ex cap. mandato hoc titulo in decretalibus, vbi gesta in iudicio à procuratore, revocato sustinentur, quandiu ad notitiam procuratoris revocatio non provenit.

6. His, & alijs difficultatibus non refragantibus, dicendū est verissimam esse decisionem ab Bonifacio Octavo ibi relatā, ad cuius veram explanationem prius sciendum est, quæ requiratur ad validitatem matrimonij per procuratorem celebrati. In primis quidem requiri, vt procurator ad matrimonium contrahendum speciale mandatū habeat, nec sufficere generale ad omnia negotia, licet in eodem mandato aliqui casus exigentes speciale exprimantur, asserendum est, sed necessarium esse, quod procurator sit nominatus ad matrimonium, vt colligitur ex nostro text. ibi: *Procurator non aliter censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatū habuerit speciale.* Glossa ibi verbo *speciale*, leg. generali 34. ff. de ritu nuptiarum. Contra quod non obstat text. in cap. qui ad agendum 4. hoc titulo, & lib. 6. *Sed si aliquis, vel aliqui de articulis speciale mandatū exigentibus specificati fuissent adiecta clausula generali, tunc ad non expressos etiam admittitur:* Ex quibus verbis constat procuratorem constitutum ad casum speciale, clausula generali adiecta ad omnia negotia, admitti etiam ad cæteros casus non expressos speciale mandatū exigentes, & per consequens idem videtur dicendum in matrimonio: nā respondendum est procedere, quando casus non expressi speciale mandatū exigentes similes sunt expressis idem mandatū requirentibus; tunc enim si aliquis, aut aliqui eorum in mandato declarentur clausula generali adiecta, comprehenduntur nō expressis: nam qui ad negotium speciale prædicto modo procuratorem constituit, præsumitur etiam ad cætera specialia eiusdem generis constituere: at verò si casus non expressus similis expressis non sit, vt longè maior, veluti matrimonium, non intelligitur comprehensus sub constitutione procuratoris ad casum speciale clausula generali adiecta. Quæ interpretatio colligitur ex clementina non potest 2. hoc titulo, vbi Clemens Quintus disponit procuratorem mandatū iurandi, & omnia faciendi, quæ requirunt speciale mandatū, habentem non valere contra electum in Episcopatum opponere crimina, vel delictus, nisi ad hoc speciale mandatū

datum habeat, rationem reddit in illis verbis: *Cum sub generalitate
graviora non veniant vel maiora, quam in ipso procuratorio sint expressa,*
sic docent glossa ibi. verbo *speciale*, & ibi. Anchar. num. 1. glossa in
dict. cap. qui ad agendum, verbo *non expressos*, vbi Ioannes Andreas
num. 3. Anchar. num. 2. Dominicus §. sed si aliquis num. 2. Fran-
cus eodem §. num. 2. Lancelotus loco citato, Covar. vbi supra dicto
n. 8. Tho. Sanchez d. disp. 11. n. 3. Cuius doctrinae ratio est, quia
quavis mandatum generale idem operetur, quod speciale l. 1. §.
1. ff. quod iussa, leg. 1. ff. mandati, cum tamen speciale sit in multis
casibus generale mandatum non sufficere, sed necessario requiri,
quod interveniat specialis quaedam commissio: nam favore con-
stituentis, vel ex causarum gravitate ius praesumit in generali mā-
dato constituentem non concedere ea, quae sine magna delibera-
tione non esset concessurus, cap. 2. cap. fin. de officio vicarij, hoc
lib. 6. cap. quod translationem de officio legati, leg. 1. C. quae res
pignori dari possint, leg. obligatione generali, ff. de pignoribus, &
inter eos referatur à glossa in dict. cap. qui ad agendum, verbo *non
expressos*, matrimonium. ideo dicendum est speciali mandato opus
esse ad valorem matrimonij per procuratorem contracti. Quo-
rum sententia extendenda est ad sponsalia, cum sint dispositio, &
via ad matrimonium contrahendum. leg. oratio, ff. de spōsalibus,
vt tenent Dominicus ibi. num. 2. Gutierrez loco citato, cap. 4.
num. 3. Thomas Sanchez vbi supra.

7 Secundo desideratur vt in mandato certa persona à mā-
dante nominetur, cum qua matrimonium mandatarius cōtractu-
rus sit: vnde non sufficit, quod in mandato apponatur, vt valeat
procurator matrimonium cum quacunque persona celebrare, dis-
ta leg. generali, ff. de ritu nuptiarum, ibi: *Generalis mandato quaerē-
di mariti filiae familiae non fieri nuptias rationis est, itaque personam eius
patri demonstrari, qui matrimonium consensit, vt nuptiae contrahantur, ne-
cesse est*, Glossa ibi. verbo *speciale*, & ibi. Dominicus in principio
num. 2. Francus num. 4. Anchar. num. 1. vers. 2. nota Covar. dicto
num. 8. Angelus verbo *matrimonium*, num. 19. Enriquez dict. lib.
1. de matrimonio cap. 2. num. 2. Petrus de Ledesma, & Bartho-
lomaeus à Ledesma locis citatis, Anton. Gabriel tom. 2. commu-
nium opinionum lib. 12. verbo *matrimonium*, fol. 95. Thom. San-
chez loco citato num. 4. Basilius lib. 2. de matrimonio cap. 1. §. n.

3. Bonacina ubi supra, n. 8. Ratio est, quam reddit Bartolus in l. filius, ff. de donationibus, qui docet idem matrimonium per procuratorem contrahi non valere, nisi nominata persona: quia matrimonium est vinculum mutui amoris, qui non potest inter omnes ignotos esse, nec per consequens consensus ex eo pendens. Unde recte glossa in cap. neque illud 30. quest. 5. asserit matrimonium inter absentes contrahi non posse, nisi se aliquo modo novenerint, vel fama, vel alia ratione, cum ignoti omnino inter se consentire ad invicem non possint.

8. Tercio requiritur, procuratorem habentem mandatū ad matrimonium contrahendum per se ipsum tale mandatū exequi debere, cum substituere aliam personam nequeat, nisi in mandato clausula substituendi continetur, ut constat ex nostris textibus: *Et quamvis alias is, quē constituitur ad negotia procurator alium dare possit, in hoc tamen casu (propter magnum, quod ex facto tam arduo posset periculum imminere) non poterit deputare alium nisi hoc eadem specialiter sit commissum.* Ratio est: nam eligitur industria personae procuratoris ad matrimonium contrahendum constituti, sic docent Thomas Sanchez ubi supra num. 5. Basilius loco citato num. 5. Bonacina dicto num. 8. Cui doctrina adversatur text. in cap. si cui 12. de officio, & potestate hoc lib. 6. ubi idem Bonifacius Octavus inquit, concessa alicui provisione Ecclesiae, & alicuius certae personae posse alteri vices suas committere, secus si persona certa designata non sit, cum tunc industria providentis tantum electa videatur: igitur cum procuratori ad matrimonium contrahendum debeat assignari certa persona, cum qua contracturus sit, videtur dicendum et licitum esse alium substituere. Sed hinc difficultati est satisfaciendum constituendo discrimen inter matrimonium spirituale, & carnale: nam in spirituali designata persona Pontifici, cui delegatus debet beneficium conferre, cum non attendatur eius industria, sed solum ut adimpleatur, quae in commissione continentur, alteri hanc potestatem committere potest: in carnali verò cum semper eligatur industria personae, cum quae praesumi potest mandantem multa mandatario declarasse, quae in mandato exprimi non oportebat, quibus difficultatibus matrimonium contrahere nolet: tum qui mandatū ad contrahendum matrimonium cōceditur ob familiaritatem, quae intervenit, vel ut cum maiori

Ad tex. in cap. fin. de Procurat. in 6. 9

maiori honore celebretur, idco alium substituere non potest, Anchar. ibi. num. 1. Francens num. 4. Geminianus num. 2. & in 9. & quamvis num. 2. Basilius dict. num. 5.

9. Quarto desideratur in mandato ad matrimoniū contrahendū, quod constitutio procuratoris sponte, & volūtariē fiat, aliās enim si metu cadente inconstantem virum facta sit, non valet. Ratio est: nā cum matrimoniū per procuratorē contractū celebretur virtute primi consensus in cōstitutione procuratoris adhibiti, vt ex nostro textu constat, & matrimoniū metu gestum sit nullū cap. cum locum, cap. veniens de sponsalibus idco constitutio procuratoris ad ipsam contrahendum data est nullis momenti, Thomas Sanchez lib. 4. de matrimonio, disput. 12. num. 12. Covar. in 4. decretalium 2. p. cap. 3. §. 5. num. 9. Ex qua doctrina infero solutionem ad textum in l. si mulier, §. si dos, ff. de eo quod metus causa, vbi probatur totum metu promissam nullam esse. Ratio est: nam dotis promissio est matrimonio accessoria, cap. de prudentia de donationibus inter: vnde cum accessorium debeat sequi naturam sui principalis regula accessorium de regulis iuris hoc lib. 6 & matrimonium sit nullum, idco & dotis promissio, Abbas, Panormitanus in cap. 1. num. 9. de his quæ vi, Thomas Sanchez num. 23.

10. Contra quod triplex oritur difficultas prima ex leg. si patre cogente 22. ff. de ritu nuptiarum, vbi asseritur matrimonium à filio contractum vi vel metu illato à patre validum esse. Cui difficultati respondendum est ibi iuris Consultum non loqui de metu cadente in constantem virum, sed de metu reverentiali, qui metus non est sufficiens, neque cadens in constantem virum, quare dicendum est, matrimonium metu reverentiali celebratum valere, Thomas Sanchez dict. lib. 4. disput. 6. num. 7. Covar. loco citato, cap. 3. §. 6. num. 8. Fachineus lib. 2. controversiarum cap. 97. Pro qua interpretatione facit text. in cap. ex litteris de desponsatione impuberum, ibi: *volens & in vita vniū parentum impulsus*: ex quibus verbis deducitur non sufficere metum reverentialem nisi iuxta intervenerint ad reddendum irrita sponsalia, & probatur ex leg. fide iussor, §. pater Sei, ff. de pignoribus, vbi filius patris persuasione domum obligat, nec tamen eum contractum potuit tanquam metu factū retractare, redditionem iuris Cō-

factus in his verbis: *neque metus eidebatur ex hoc solo, quod mandante patre manu sua prescripfit instrumentum: ergo sola reverentia, & imperium paternum non incutit iustum metum, neque huic interpretationi refragatur textus in leg. 1. §. quæ oneranda, ff. quarum rerum actio non datur, ibi: Et hoc causa cogit a filio quædo appareat libereum metu solo, vel nimia patroni reverentia se subiecisse: ex quibus verbis constat non solum actum factum coram eo, cui debetur reverentia, sed etiam eo absente celebratum rescindi posse, si probetur metu, aut nimia reverentia id fecisse, quia respondendum est procedere quando non solum præcessit metus reverentialis, sed etiam minæ intervenierunt, quo casu cum metus cadens inconstantem virum dicatur, merito contractus rescinditur, quæ solutio colligitur ex illis verbis, *vel nimia patroni reverentia, quæ excedunt metum reverentialem, cum utatur iure Consultus illo verbo nimia*, quod vllam significationem, nisi metum cadentem in constantem virum habere nequit, Thomas Sanchez cum ab eo relatis dicta disput. 6, nu. 16. & 20. neque etiam pugnat nostræ doctrinæ text, in leg. penultima, ff. de furtis, ibi: *Nam si quis scit sibi rari, & quia non potest prohibere, qui enim furti agere potest, at si potuit prohibere, neque prohibuit, nihilominus furti agat. Et hæc modo patronus quoque libero, & is cuius magna verecundia ei, quem in presentia pudor ad resistendum impedit, furtum facere solet.* Ex quibus verbis probatur tacetem viso furti obnimiam reverentiam non habere consentum, posseque agere, actione furti: igitur videtur dicendum in metu reverentiali non intervenire consentum requisitum ad contractus firmitatem. Cui satisfaciendū est constituendo discrimen inter causas præiudiciales, & favorabiles: primo etenim casu cum ille, qui tacet, non videatur consentire, regula, qui tacet 44. de regulis iuris hoc lib. 6. ideo actus præiudicialis metu reverentiali celebratus non valet, ut in dicta leg. penultima: Secundo quidem casu valet actus favorabilis metu reverentiali gestus, quia, qui tacet in contractibus favorabilibus, videtur consentire, regula, qui tacet 43. de regulis iuris hoc lib. 6. Unde cum matrimonium celebratum à patre nomine filij tacentis metu reverentiali favorabile sit, quia parentes filios plusquam se ipsos diligunt, leg. si quidem ff. de eo quod metus causa, & inde per se signatur, eos filijs rectè consulere in matrimonio contrahendo, non valet, & tenet cap. unico. §. fin.*

fin. de desponsatione impuberum hoc lib. 6. sic docent Barbofa alios referens in leg. 2. §. fin. num. 7. & 8. ff. soluto matrimonio, Thomas Sanchez loco citato num. 37. Vnde si aliquis extraneus nomine filij familias presentis, sed tacentis matrimonium contrahit, ex eo nulla obligatio nascitur: Ratio est: nam licet matrimonium appetibile sit, contrahere tamen eum certa muliere, aut viro solet esse nocivum, ideoque solum matrimonium à parentibus nomine filiorum presentium, & tacentium contractum, non vero ab extraneis celebratum, validum est, ita videtur sentire Divus Thomas in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 2. quæstiuncula 2. ad tertium, cui doctrinæ auxiliatur glossa in cap. 1. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ verbo *presente*, vbi Innocentius num. unico, Abbas num. 12. Cardinalis num. 1. Alexander de Nevo numero 10. & 11. idem Innocentius in cap. 1. de desponsatione impuberum num. unico, vbi Cardinalis num. 2. Archidiaconus in dicto cap. unico de desponsatione impuberum in 6. prope finem, & ibi Archidiaconus num. 3. Rosela verbo *matrimonium* 2. num. 17. Angelus verbo *sponsalia* num. 4. vbi Sylvester quæst. 2. dicto 5. Armilla num. 6. Tabiena quæst. 5. num. 6. Paludanus in 4. dist. 27. quæst. 2. art. 1. conclusionem 1. num. 4. & quæst. 2. art. 3. conclusionem 4. num. 19. & 20. Veracruz 1. p. speculi, art. 5. in fine, Palacios in 4. dist. 27. quæst. 1. folio 570. columna 1. Layman lib. 5. tractatu 10. parte 4. cap. 2. de sponsalibus num. 13. Bonacina 1. tomo quæst. 1. de sponsalibus puncto 4. num. 8. Sanchez lib. 1. de sponsalibus disput. 23. num. 7. Rebellus lib. 2. de matrimonio, quæst. 10. sectione 1. num. 9.

10. Contra quod obstat text. in cap. 1. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ, vbi asseritur sponsalia contracta à fratre pro sorore presentis, & tacente valere: igitur nulla specialitas versatur in matrimonio à patre pro filio tacente contracto. Qua difficultate moti glossa in dicto cap. unico §. fin. verb. *sponsalia*, Dominicus ibidem in fine, Hostiensis in dict. cap. 1. de desponsatione impuberum, Emmanuel Rodriguez 1. tomo summe lib. 2. editione cap. 234. num. 4. Affirmant matrimonium ab extraneo nomine alicuius presentis, & tacentis celebratum valere, nullamque differentiam esse consistendam inter matrimonium à patre pro filio, sive ab extraneo nomine eius contractum.

Cui sententiæ oppitulari Bafiliius lib. 2. de matrimonio cap. 14. num. 7. alij verò dicunt discrimen versari inter internum, & externum forum: primò enim casu docent matrimonium valere, siue per parentes, siue per extraneos contrahatur: secundo quidem casu non valere, quando ab extraneis celebratur, quam sententiã sequuntur Sotus in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 3. versiculo *presens autem*, Enriquez lib. 2. de matrimonio cap. 2. num. 6. iuncto commento littera P. Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 45. art. 2. dubio 3. Ludovicus Lopez 2. p. instructorij de matrimonio cap. 39. folio 1055. columna 2. in fine, & sequenti, Victoria in summanum. 250. Vivaldus candelabro Sacramentorum 1. parte de matrimonio num. 39. Vega lib. 3. summa casu 152. Angles Floribus 2. parte, quæst. de essentialibus matrimonij articulo 2. dubio 3. folio 529. Sed ommissis his sententijs dicendum est in dict. cap. non solum taciturnitatẽ sororis interuenisse, sed alia signa, quibus externus consensus cognitus fuit: nam ultra taciturnitatem accepit munera secundum consuetudinem loci, & virum tãquam proprium maritum sæpe amplexata fuit: Ideòque matrimonium à fratre pro sorore præsentẽ, & tacente celebratum validum fuit glossa in d. cap. 1. verbo *presente*, Thom. Sanchez vbi supra. 15.

12. Altera difficultas oritur ex eo, nam omnes contractus metu gesti sunt validi dicta leg. si mulier 6. si metu, ff. de eo quod metus causa, leg. 3. 5. & 7. & fin. C. de his quæ vi, leg. interpositas, C. de transactionibus, principio institutionum de exceptionibus, leg. 56. titulo 5. p. 5. leg. 7. titulo 36. partida 7. Sed matrimonium est contractus dicto cap. gaudemus, igitur, si metu celebratur, valet, & per consequens, & mandatum ad ipsum contrahendum, si in ipso metus interueniat, vigorem habere dicendum est. Quia difficultate oppressus Cardinalis in ca. 2. de his quæ vi asserit matrimonium metu celebratum esse validum, sed postea ad instar cæterorum contractuum rescindendum esse, sed huic oblectiõni satisfaciendum est discrimen constituendo inter cæteros contractus, & matrimonium: nam cæteri contractus, cum per iudicem ob metum illatum facile possunt rescindi, merito à principio sunt validi: at verò matrimonium semel validum cum indissolubile sit, & hac de causa irritari non possit Marthæi cap. 19. ubi quos Deus cõsanxit, homo non separet, cap. inter temporalia de translatione Episcopi,

copi, cap. Apostolus 32. quæst. 7. Innocentio Primo epistola 3^o ad Exoperium Episcopum cap. 6. habetur como 1. Conciliorum canone 48. Apostolorum, Concilio Africano cap. 69. Concilio Foroiulienſe canone 10. Concilio Mannerenſi canone 12. Concilio Florentino in Armenorum inſtructione, & Concilio Tridentino Seſſione 24. de matrimonio cap. 10. Divo Paulo primo ad Corinthos epistola 7. ibi: *His autem, qui coniuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus uxorem à viro non discedere, quod si disceſerit maneat inuictam, aut viro suo reconciliari.* Divo Augustino lib. 1. de adulterinis coniugijs, cap. 1. 2. 3. & 4. Bellarminus lib. 1. de matrimonio cap. 16. Idcirco Ecclesia irritavit matrimonium metu celebratum inhabilitando prius ipsos contrahentes, Thomas Sanchez dicto lib. 4. diſputatione 12. num. 16. & 26. Contra quam interpretationem obſtat, quod baptisumus metu susceptus est validus, cap. maiores §. item quæritur de baptismo, & tamen reſcindi non potest: igitur discrimen inter matrimonium, & cæteros contractus defendi æquit. Cui difficultati respondendum est reddendo disparitatis rationem inter Baptisum, Ordinem, Extremam unctionem, & Confirmationem, & inter Matrimonium. Primo enim casu, cum Ecclesia potestatem non habeat sacramenta prædicta irritandi, idcirco non statuit ea metu recepta nulla esse, neque reſcindi posse. Secundo verò casu cum matrimonium sit contractus, habet iurisdictionem irritandi, & idcirco Ecclesia tunc ipsum irritavit, quando metu cadente in constantem virum celebratur, Thomas Sanchez dicto num. 26.

13. Ultima difficultas nascitur ex cap. accedens hoc titulo in decretalibus, ubi dicitur, constitutionem procuratoris ad qualecunque negotium libere esse dandam, igitur si metus in eius concessione accedit est nullius momenti, & per consequens videtur afferendum nullam specialitatem versari in mandato matrimonij. Cui obiectiõni satisfaciendum est negando consequentiã: nam licet ibidem probetur institutionem procuratoris libere esse dandam, non exinde sequitur, quod si in ea metus accedat, nulla sit. Thomas Sanchez cum ab eo relatis dicta diſp. 12. num. 22.

14. Quintò, necessarium est, vt matrimonium per procuratorem celebratum habeat vigorem, mandatum à mandante revocatum non esse: mandato revocato licet ad notiã

mandatarij eius revocatio non pervenisset, matrimonium postea mandati virtute contractum irritum est ex defectu consensus, ut ait noster text. ibi: *Sane si procurator, ante quam contraxerit a domino fuerit revocatus, contractum postmodum matrimonium ab eodem, licet iam ipse, quam ea cum qua contraxit revocationem huiusmodi penitus ignorarent, nullius momenti existit, cum illius consensus defecerit sine quo firmitatem habere nequiverit.* Cui doctrinæ videtur obstare, quod quando procurator constitutus ad certum negotium gerendum revocatur, non valet eius revocatio, nisi ad notitiam mandatarij perveniat, leg. 1. §. sed ego quæro. ff. quod iussu, leg. si mandassem, ff. mandati: igitur idem dicendum est in matrimonio. In qua difficultate dissolvenda maxime laborant interpretes Thomas Sanchez dicto lib. 2. dissertatione 11. num. 6. Ludovicus Lopez dicta 2. parte instructorij de matrimonio cap. 47. folio 1120. in eodem libro, dicta 1. parte de matrimonio num. 42. Veracruz 1. parte speculi articulo 16. dubio 6. Sylvester verbo *matrimonium* 5. quaestione 11. Basilius dicto lib. 2. cap. 15. num. 18. inquirunt specialiter constitutum esse matrimonium à procuratore ignaro revocationis contractum nullum esse: quia in eo ius consensus supplere non valet: At verò ceteros contractus celebratos à procuratore inscio revocationis validos esse ex ea ratione: nam in eis ius potest consensum contrahentium supplere, eisque renitentibus transferre dominium: sed nullam specialitatem versari in matrimonio dicendum est, cum multa iuris Consultorum responsa inveniamus in iure asserentia aliquos contractus celebratos à mandatario revocato inscio suæ revocationis valere, & alios non valere, neque admitti potest responsum Basilij loco citato num. 22. dicentis hoc procedere, quia in aliquibus casibus supplere consensum ius admittit, in alteris verò negavit: nam semper quando ius aliquid statuit, in aliqua ratione fundatur: vnde omisis hac sententia, & altera Donelli lib. 16. commentariorum cap. 23. & alijs relatis à Basilio loco citato, ad eius veram interpretationem distinguendum existimo inter illam revocationem mandatarij ex qua si valet, damnum, aut diminutio patrimonij sequitur mandatario, & inter eam, ex qua licet valeat, nullum damnum patrimonij acquisiti mandatarij sentit: Primò enim casu, cum officium nemini debeat esse nocivum, atque damnosum, leg. serv. §. 61. §. quod verò, ff. de servit.

tis: idcirco revocatio mandati, si ad notitiam mandatarij non per-
veniat, non valet, & omnia facta à mandatario in scio revocationis
sunt valida: Secundo verò casu cum nihil diminuat mandatarius
ex patrimonio, neque sua inter sit, valeat revocatio mandati nec-
ne, idcirco revocatio valet, & facta à mandatario in scio revocatio-
nis sunt nulla.

15. Unde dicendum est, idem matrimonium celebratum
à procuratore revocato licet in scio suæ revocationis non valere:
quia sua non interest, ut valeat, aut nullum sit matrimonium, cum
ex eius nullitate aliquod damnum sentire non possit: si tamē pro-
curator ignarus suæ revocationis in matrimonio contrahendo
aliquas expensas fecit, eas actione mandati recuperare valet.

16. Ex qua doctrina primò infertur interpretatio ad tex-
tum in dicta leg. si pœnituit 7. ff. de divortijs, ubi Papinianus pro-
bat quòd si libertus, per quem patronus vxori misit libellum di-
vortij, ignarus revocationis eum obtulit, non valet: sed matrimo-
nium durat. Ratio est: nam non interest mandatarij, ut divortium
valeat.

17. Rursus deducitur solutio ad textum in dict. leg. si mā-
dasssem, ff. mandati, ibi. *Si mandasssem tibi, ut fundum emereres, postea
scripsisseni ne emereres, tu ante quam scias me vesuisse, emisisses mandati tibi
obligatus ero, ne damno afficiatur is, qui suscepit mandatum: ex quibus
verbis constat revocationem mandati, si ad notitiam mandatarij
non pervenit, non valere. Ratio est: nam cum interfit mandatarij,
ut emptio valeat, aliàs enim sentiret damnum, cum contra eum
actionem habeat venditor, idcirco iure Consultus Paulus revoca-
tionem mandati non valere, si ad notitiam mandatarij non perve-
nit, asseruit.*

18. Deinde vera luce donatur textus in leg. si quis mihi
bona fide 2 §. 6. pater in fine, ff. de acquirenda hæreditate, ibi: *Sed
postea quam iussit, pœnitentiam egit, priusquam a daret, nihil agit ad em-
dum: ex quibus verbis apparet aditionem hæreditatis à filio non
retrorsò revocationis mandati paterni factam non valere. Ratio
est: nam filij non intererat, ut aditio hæreditatis valeret, cum ex
eius validitate, aut nullitate damnum sentire nequiret.*

19. Vltèrius interpretatur lex in dict. l. sed & socius 17. §. 1.
si pro socio, ubi si socius socii absente societatem revocaverit, &
socius

socius absens non certior factus revocationis contractus celebrasset, sunt validi, & detrimentum ex eis causatum debet esse commune. Ratio est: nam refert socij absentis revocationem non valere, ne solum pro parte damnum sentiat.

20. Deinceps inferitur solutio ad text. in dist. leg. 1. §. sed ego, ff. quod iussu, vbi asseritur contractum à filio celebratum à certiorato revocationis iussus patris sibi dati valere. Ratio est: nam intererat ipsius filij, vt contractus vim haberet.

21. Deinde inferitur explanatio ad textum in leg. eius, qui in provincia vers. *quasi vero*, ff. de rebus creditis, vbi Africanus inquit quod si dedero numos seruo, vt eos Stichus excederet, deinde mortuo me ignarus dederit, accipientis non facere. Ratio est: nam nullum damnum mandatarius ex eo, quod mandatum finitur morte, & hac de causa dominium rei mutuatae in accipientem non transiret, sentire poterat, cum contra eum actio mutuataria non competat.

22. Rursus deducitur vera explicatio ad textum in leg. 2. §. sed si quis, ff. de donationibus, vbi si quis pecuniam alicui praestet, vt eam Titio donet, non acquiritur Titio, si ei tradatur mortuo mandante, licet eius obitus ignoretur. Ratio est: nam mandatarij nihil interest pecuniam Titio avocari, cum contra eum aliqua actio non competat, sane si impensas in re perferenda fecerit bona fide, dum mortem mandantis ignorat, repetere eas poterit mandati iudicio, iuxta text. in leg. si pecuniam §. ff. de conditione causa data, vt eleganter notat Donellus lib. 16. comment. cap. 23. cui explanationi fortiter viderur refragari Vlpiani responsum in leg. hoc iure 19. §. si quis dederit, ff. de donationibus, vbi asseritur mandatum donandi non extinguui morte mandantis, si eius obitus à mandatario ignoretur, in cuius explanatione Bartolus in dicta leg. eius, qui in provincia cum. 22. inquit discrimen esse constituendum inter mandatum, per quod res donanda translata fuit in mandatarij dominium, & inter illud, quo res donanda ad dominium mandatarij non peruenit. Primo etenim casu mandatum morte mandatarij non extingui, secundo verò finiri docet, in reddendo tamen rationem quando censetur res donanda translata in dominium mandatarij maxime laborat, quod etiam prosequitur Fulgosius, & Iason ibidem num. 5. Thomas Sanchez de matrimonio.

erimonio disp. 6. num. 7. in fine. Vnde cum in dict. leg. 2. §. sed si quis, ff. de donat. pecunia tradita à mandatario iussu mandatis donatario non esset constituta in bonis mandatarij, sed mandantis: idcirco in dominium mandatarij non fuit translata, quia non intererat mandatarij, vt ei adquiretetur: at verò in dict. leg. hoc iure §. si quis dederit, cum pecunia fuisset, credita, atque mutuata mandatario sub conditione, vt postea eam Titio donasset, in eum translatum fuit dominium, & subinde eius intererat per solutionem à debito liberum manere, ideoque mandatum non fuit finitum morte mandantis, & res donata translata fuit in donatarij dominium, vt facta à verò domino. Notandum est tamen, quòd licet pecunia tradita donatario in dict. §. si quis dederit, transferatur in eius dominium, siue mandatarius ignoret, siue sciat mandantis obitum, cum à verò domino tradatur, multum interest, an à mandatario sciente mandantis mortem facta sit donatio, an verò ignorante; primo quidem casu licet mandatarij intersit liberum à debito manere, non liberatur: nam mala fide mandatum implevit, quod hac de causa obitu mandantis finitum fuit: at tamen in secundo casu cum morte mandantis non extinguatur mandatum, quia bona fide à mandatario impletum fuit, ideo à debito liberatur.

23. Denique infertur interpretatio ad text. in leg. cum pater 77. §. marvio, ff. de legatis secundo, vbi ignorans debitor mortem sui creditoris solvit debitam pecuniam Titio virtute mandati, quod habebat, dubitabatur an liber maneret à debito, vel potius contra ipsum hæredibus creditoris actio competere, Consultus respondit non competere. Ratio est: nam cum ipsius debitoris intersit liberum à debito manere, ne damnum patiatur, ideo à debito liberatur, qua solutione intelligendi sunt text. in leg. si quis 18. leg. qui omnem 34. §. si Titium, l. cum quis 38. §. qui debitorē fide solutionibus.

24. Contra quàm interpretationem. Primò adversatur text. in Clementina vna de renunciationibus, pro ratione dubitan- di adductus, vbi asseritur renunciationem cuiuscunque beneficij Ecclesiastici à procuratore etiam revocato factam valere, si revocatio ipsi procuratori, aut ei, in cuius manibus renunciatio faciēda est, nota non fuit: igitur etsi non intersit ipsius procuratoris, veluti in hac specie, ignorantia mandatarij prodesse debet vt mā-

datum non solvatur mandantis revocatione. Cui difficultati respondendum est dicendo hoc procedere specialiter in causis beneficialibus, ne in eis detur variatio, quæ in personis Ecclesiasticis maximè vitari debet, ita docent Eclinius in cap. ex parte decani num. 15, de rescriptis, & in cap. cum olim num. 5, de re iudicata, Zabarella, & Anchar. in dict. Clement. unica ex num. 1.

25. Rursus obest text. in dict. cap. ex parte 33 de rescriptis, ubi rescriptum impetratum à procuratore tenet, si non dum ad notitiam procuratoris revocatio pervenit, ut constat ex text. ibi: *si revocatio mandati ad procuratorem pervenit*, & tamen procuratoris non intererat, ut rescriptum impetratum valeret: igitur nihil refert, an mandatarij interfit, ut mandatum non finiatur revocatione, an non interfit. Cui difficultati satisfaciendum est dicendo procedere specialitatis causa propter auctoritatem iudiciorum, ne illusoria reddantur, qua solutione intelligendus est text. in dicto cap. mandato 3, hoc titulo, ubi gesta in iudicio à procuratore revocato sustinentur, quando revocatio nescitur.

26. Notandum est enim, quòd nostra sententia non solum procedit, quando contractus celebrantur per procuratorem, verum etiam, si per nuntium, aut epistolam initi sint; cum eadem ratio militet in utroque casu, ut inquit Cardinalis in dicta Clementina unica de renunciatione opposit. 5. Unde non est audiendus Thomas Sanchez dict. lib. 2. de sponsalibus, disput. 1. num. 7. qui discrimen constituit inter contractus celebratos per procuratorem, & inter eos, qui fiunt per nuntium, aut per epistolam primo casu docet validos esse, si revocatio ad notitiam mandatarij non pervenit: secundo verò esse irritos licet ad notitiam nuntij, revocatio non pervenisset, quæ sententia convincitur ex dict. leg. eius, qui in provincia 9. quas vero, & in dict. leg. 2. sed si quis, ff. de donat. ubi contractus celebrati à procuratore in scio mortis mandantis sunt invalidi: igitur idem est dicendum, si facti essent à procuratore resignato revocationis, cum idem operetur tacita revocatio, quæ morte fit, quod expressa.

27. Sextò, & ultimò requiritur ad validitatem matrimonij contracti per procuratorem, ut mandans vivat eodem tempore, quo mandatarius contrahat. Ratio est inam ad matrimonium requiritur voluntas, dicto cap. sufficiat 7. quest. 2. leg. nuptias, ff. de regulis

gulis iuris, quæ cum morte mandantis expiret: idèd matrimonium nomine eius à mandatario contractum est nullum, argumēt. tex. in leg. inter causas 26. in principio, leg. si quis alicui 27. §. morte, ff. mandati, dict. leg. mandatum 15. C. eodem tit. leg. non solum 8. §. morte, ff. de novi operis nunciacione, leg. & quia, ff. de iurisdictione omnium iudicum, cap. gratum, cap. relatum, cap. licet vndique de officio, & potestate iudicis delegati, cap. fin. §. fin. eodem titulo, hoc lib. 6. Menchaca qua st. vsufrequent. cap. 15. & 22. Petrus Gregor. 3. p. Syntagmat. lib. 27. cap. 5. num. 21. Covar. lib. 1. variarum cap. 14. num. 16. Cuiac. lib. 1. observat. cap. 38. Othom. lib. 2. Amicau cap. 38. Loriotus de arte iuristract. 5. axiome 13. Tiraquel. de priuileg. piz causæ, priuilegio 82. Donel. in dict. lege mandatum 15. ex num. 2. & dict. lib. 16. comment. cap. 23. vbi Osualdus ex littera B. Antonius Faber lib. 8. coniectur. cap. 18. & de erroribus decade 48. errore 4.

28. Contra quam sententiam primo refragantur text. in cap. si super gratia de officio, & potestate iudicis delegati, hoc lib. 6. & text. in cap. sicut nulla de præbendis eodem lib. vbi probatur rescriptum morte mandantis non finiri: igitur nec mandatum ad matrimonium contrahendum; & per consequens postea contractum erit validum. Augetur que difficultas ex dict. cap. gratum, & ex dict. cap. relatum de officio, & potestate iudicis delegati, vbi asseritur rescriptum morte mandantis non expirare: quia res non erat integra: igitur si res esset integra expiraret morte mandantis. Cui difficultatis respondendum est, text. in dict. cap. gratum; & capite relatum procedere in rescripto iustitia, quod expirat morte mandantis, text. verò in dict. cap. si super gratia, & text. in d. ca. si cui nulla procedere in rescripto gratie, quod non expirat morte concedentis etiam re integra. Discriminis ratio est: quia cum princeps iurisdictionem delegat, censetur eam iuxta iuris regulas mandare, quibus disponitur mandatum finiri morte mandantis: at verò quando beneficium alicui tribuit, cum liberalitatem exerceat, latius est interpretandum, & subinde perpetuo debet esse permanens, cap. decet de regulis iuris hoc lib. 6. idèd que delegatio executoribus facta pro gratia executione non expirat morte concedentis re adhuc integra: tum etiam, quia privilegiū, seu gratia est veluti quædam donatio, qua cum morte conceden-

tis non cesset, nec gratia, seu privilegium debet cessare. Notandum est enim, quod licet in dicto cap. si super gratia, & in dicto cap. si cui nulla receptum, per quod iurisdicatio executoribus datur, iustitiam sit, cum gratia accedat, quæ per mortem concedentis non finitur, nec morte mandantis expirat, ita doceat Navar. in Mandati lib. cap. 27. num. 253. Gomez & alij in leg. 43. Tauri, Gutierrez lib. 2. Canoniarum cap. 17, Morla in titulo de iurisdic. omnium iudicium num. 107. Sanchez de matrimonio lib. 8. disput. 28. num. 42. & 48. & 64. Fathin. lib. 7. controversiarum cap. 10. Basilius lib. 8. de matrimonio cap. 19. e. r. Molina lib. 2. de primogenijs cap. 7. num. 63. Suarez lib. 2. de legibus, cap. 31. Paulus Layman lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 18. Fillucius tract. 10. cap. 10. quæst. 10. Bonacina tomo 2. disput. 1. de legibus quæst. 3. puncto 8. §. 1. num. 19. Enriquez lib. 7. cap. 21. num. 7.

29. Cui solutioni obstat text. in dicto cap. si cui nulla, vers. *secus*, ubi gratia expirat morte concedentis, in qua obiectione dissolvenda variè respondent interpretes, ut constat ex traditis à Morla supra num. 107. Verior tamen, & communior mihi videtur sententia glossæ finalis in dicto cap. si super gratia, ubi, ab Apostolica sede facta, quam sequuntur cum pluribus relatis Navar. Sanchez, Gutierrez, & Fachineus ubi supra, qui asserunt discrimen esse constituendum inter gratiam factam, & faciendam: primo casu inquirunt morte concedentis non expirare, etiam re integra, & in hac specie procedere text. in dicto c. si super gratia, & d. c. si cui nulla in principio: secundo mandantis obitu finiri, & in hoc casu procedere text. in dicto cap. si cui nulla, vers. *secus*: Discriminis ratio est: quia gratia facta nullius executione indiget, ut effectum habeat, cum perfecta ex manu Principis exeat; ideoque morte concedentis non expirat: gratia quidem faciendam cum requirat alterius executionem, ut effectum fortiatur, finitur morte concedentis re integra. Difficile tamen est in cognitionem venire, quando gratia facta, aut faciendam intelligatur, ad cuius veram explicationem regula generalis constituenda est, quod gratia facta dicitur, quando alicui conceditur potestas ad dispensandum, vel ad audiendas confessiones indefinite, seu cum personis incertis, aut indeterminatis, vel ut possit, cui voluerit, beneficium conferre, tunc enim, cum in favorem ipsius, cui facultas committitur, in-

telligatur tantum privilegium concessum, gratia facta præsumitur, ut si potestas alicui concedatur directe, ut cum certis personis dispensare valeat, aut eis beneficium conferre, tunc enim cum in favorem delegati gratia non videatur concessa, sed in favorem eorum, qui designati fuerint, qui cum non dant ius adquisitum, sed tantum ius ad obtinendam gratiam habent, præsumitur gratia faciendæ, sic docent Sanchez dict. dispot. 28. num. 72. & 80. Bonacina loco citato num. 21. Unde evenit, quod si alicui potestate concessa ad dispensandum cum certa persona, aut ad conferendum ei beneficium, ex voluntate concedentis constet, non solum in favorem dispensandi, seu accepturi, vel collaturi beneficium, concessum esse privilegium, non expirat eius morce. Ratio est: nam cum respectu ipsius dispensatur tota perfectionem habeat, dicitur gratia facta, quod colligitur à contrario sensu ex dicto capite si cui nulla ibi: *Secus si super provisione certa persona faciendæ, non ob suam, sed eius, cui provideri, mandatur, gratiam, vel favorem, illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur*, ita Thomas Sanchez cum ab eo relatis loco citato numero 8.

30. Contra quam interpretationem adversatur text. in l. si pater 4 ff. de manumissis vendicta, ubi gratia de manumittendo servo à patre filio concessa non expirat morte mandantis: ergo nihil interest, quod gratia sit facta, aut faciendæ, quod difficile videtur ex text. in leg. quizitum, §. Iulianus, ff. qui, & à quibus, ubi Iulianus docet quod si filius post mortem patris ignorans eum decessisse, servum manumiserit, eum vindicta liberum non esse. Cui difficultati, ommissis tribus solutionibus traditis à glossa ibidem, Alber. respondet, ideò in dict. leg. si pater, servum liberum fieri, quia favore libertatis præsumitur non fuisse mutatam patris voluntatem, quæ præsumptio cum cesset in dict. §. Iulianus, merito responsum est servum non consequi libertatem, ex eo autem deducitur præsumptio non mutatæ voluntatis in dict. leg. si pater, quia pater mandans intestatus decessit, at tamen in dict. leg. quizitum, §. Iulianus, cum testamentum fecisset, & testamenti confectio argumentum sit mutatæ voluntatis: ideò datio libertatis non valuit, quæ solutio licet frequentius interpretibus placuisset, ut constat ex traditis per Bolognetum, & Mantuam in

dict. leg. eius qui in provincia, ff. de rebus creditis, defendi nō potest ex eo, quia si in dict. leg. si pater voluntas, non fuisset mutata, nihil ad rem faceret, quod filius ignoraret patrem decessisse, cum etiam si mortis patris conscius esset, libertatem servo largiri potuisset propter patris voluntatem, quæ mutata non est. At verò ibidem asserit necessarium esse, quod filius ignoret obitum patris: ergo validitas libertatis non pendet solum ex non mutata patris voluntate. Sed omisis his, & alijs solutionibus dicendū est, in dict. leg. si pater 4. libertatem datam à filio mortis patris ignaro sublineri favore libertatis, ut constat ex text. ibi: *libertas seruo favore libertas contingit*: nam in iure multa contra eius regulas in favorem libertatis conceduntur, leg. generaliter, §. si quis servo, ff. de fideicommissarijs libertatis, leg. 3. in fine, C. de his, quæ in testamento delentur, Covar. lib. 1. variarum cap. 14. num. 15. & 16. Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disput. 6. num. 9. Contra quod non refragatur text. in dict. leg. quæsitum, §. Iulianus, nam ibidem non inquit iure Consultus libertatem non valere quasi testamento datam; sed tantum asserit non fieri seruum liberum vindicta, quia cum libertas vindicta solum inter vivos daretur, §. multis modis inst. de libertinis, & quando filius servo libertatem concessit, pater esset mortuus: ideo rectè Iulianus asserit seruum vindicta non esse liberum, ex testamento autem liberum esse favore libertatis non negavit, quæ interpretatio rectè convenit, §. Iulianus, si post verbum *manumissu*, adicias comā, & sequentem clausulam vno spiritu legas, *vindicta non fieri eum liberum*: ita Menochius de arbitrarijs lib. 1. quæst. 69. num. 25. Richardo in §. re-ctè de mandato, num. 10. Morla loco citato num. 102. Sahagun in dict. cap. gratum, num. ultimo. Adversus quam expositionem pugnat sequens consideratio deducta ex dict. leg. si pater 4. vbi manumissio facta à filio mandatario ignaro revocationis patris inutilis est: igitur idem dicendum est de manumissione facta à filio in scio mortis patris. Cui difficultati satisfaciendum est, negando consequentiam, discriminis ratio in eo consistit: nam in primo casu constat de expresso dissensu patris, in secundo verò eius voluntatem mutatam fuisse non apparet. Vnde cum favor libertatis eius validitatem non inducat adversus expressam dispositionem, & voluntatem testantis, sed dumtaxat cum in dubio volūtas est,

dist. leg. 3. ff. de his, quæ in testamento delentur, idè Iulianus iudic. leg. si pater 4. in principio, cum non appareat voluntatem patris esse mutatum, ait libertatem datam à filio ignaro mortis patris valere, & in vers. *fin autem*, cum constet de dissenfu patris, affirmat libertatem concessam à filio mandatario in scio revocationis patris nullam esse.

31. Ex qua verissima doctrina infertur litteras dimissorias ad ordines suscipiendos, quas vulgus *reuerendas* vocat, non expirare morte Episcopi concedentis re adhuc integra: nam continent gratiam factam, ita Thomas Sanchez ubi supra. Gutierrez lib. 2. quæst. canonicarum cap. 17. Emmanuel Sà verbo *dimissoria*, in Summa num. 1. Salcedo in additionibus ad practicam, Bernardi Diez cap. 26. columna 17. vers. *non tantum procedit*, Bonacina 1. tomo disput. 8. quæst. unica, puncto 4. num. 22. Navar. in cap. placuit num. 34. & 163. de poenitent. dist. 9. & consilio 5. de rescriptis in novis, praxis Episcop. 1. verbo *dimissoria*, 4. 9. Rebutus in forma litter. dimissor. num. 43. Enriquez in Summa lib. 10. cap. 27. §. final, Perez in leg. 2. tit. 2. lib. 2. ordinament. & leg. 6. tit. 12. lib. 3. Emmanuel Rodriguez tomo 1. regul. quæst. 9. art. 1. Gonzalez ad regulam Sicanceh glossa rz. num. 36. Barbosa de potestate Episcopi 2. p. allegat. 7. num. 23.

32. Deinde deducitur licentiam concessam ab Episcopo Sacerdoti ad audiendas confessiones non expirare morte concedentis, cum gratia sit facta, sic tenent Suarez de poenitent. disp. 26. sect. 3. num. 7. & disputat. 7. sect. 4. Vazquez quæst. 93. art. 3. dub. 5. num. 2. Cocchi disput. 8. dubio 10. num. 73. Reginaldus lib. 1. num. 95. Filicij tract. 7. cap. 8. quæst. 7. num. 216. Emmanuel Sà verbo *gratia*, num. 4. Thomas Sanchez cum alijs quâ plurimis ab eo relatis dicit. disput. 28. num. 71. Idem dicendum est de eo, qui obtinuit facultatem à Pontifice confessorem eligendi, ut cum absolveret à casibus reservatis, qui mortuo Pontifice confessorem eligere valet. Ratio est: nam hæc gratia facta censetur, ita Sayrus de poenitent. cap. 22. num. 3. Bonacina 1. tomo disput. 5. de poenitentia Sacramento quæst. 7. puncto 3. num. 2.

33. Rursus colligitur obtinentem ab Episcopo facultatem absolventi, vel administrandi sacramenta posse ea uti Episcopo excommunicato denunciato. Ratio est: nam cum sit gratia facta

ita non expirat morte concedentis, nec suspensa eius iurisdictione per excommunicationem, Bonacina tomo 1. disput. 2. de excommunicatione, quaest. 2. puncto 6. num. 13. Avila 2. p. cap. 6. disp. 6. dub. 3. ad finem, Sotus dist. 18. quaest. 4. art. 3.

Præterea infertur licentiam alicui concessam non ieiunandi, vel celebrandi in oratorio privato per mortem concedentis non extingui, cum hæc gratia sit facta: ita docent Bonacina dicto tomo 2. de legibus disputat. 1. quaest. 3. puncto 8. §. 1. num. 27. Salas de legibus disput. 20. sect. 17. num. 125. Gutierrez de matrimonio cap. 125. num. 22.

35. Vltcrius infertur explicatio ad illam celebrem quaestionem, an commisiones dispensandi in impedimentis matrimonij, alijsve rebus, quæ in foro externo ordinarijs committuntur, expirent concedentis morte re integra, pro cuius explanatione, inquit Thomas Sanchez discrimen esse constituendum inter executorem necessarium, cui præcipitur, vt commisiones seu dispensationes expediat cognita præcum veritate, & inter voluntarium, cui non præcipitur, vt exequatur, sed solum ei libera exequendi facultas conceditur: primo casu cum ius ad quisi tum sit illi, in cuius favorem gratia concessa est, asserit morte concedentis non expirare: secundo vero casu cum liberum sit delegato expedire, aut non expedire, nullum ius ad quisi vit dispensandus, ideoque affirmat morte concedentis expirare: quam sententiam tuetur Suárez de censuris disput. 41. sectione 2. in fine, Fallucius tractatu 10. cap. 10. quaest. 10. num. 347. Gutierrez de matrimonio, cap. 125. num. 2. Enriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 21. num. 7. & lib. 12. de matrimonio cap. 2. num. 5. Rodriguez in Summa ca. 236. num. 3. Thomas Sanchez loco citato num. 87. Sà in Summa verbo *dispensatio*, num. 6. & verbo *gratia*, num. 3. Petrus de Ledeſma in Summa de Sacrament. matrimonij cap. 27. vers. *secunda conclusio*, in fine. Contrariam tamen sententiam scilicet facultates concessas Episcopis, aut eorum vicarijs morte concedentis finiri, quæ vt veriore amplexor, defendunt Antonius Gabriel 3. tomo communium opinionum, lib. 6. tit. de præbendis conclus. 1. num. 6. 7. & 8. Sylvestri verbo *gratia*, quaest. 2. num. 3. in fine, & ibi, Angelus num. 2. Rosella num. 1. Tabiena quaest. 5. num. 6. Bonacina tomo 2. dict. disputat. 1. de legibus quaest. 3. puncto 8. §. 1. num. 23.

Navar. in manuali cap. 29. num. 253. Ratio est: tum quia non sunt gratiæ factæ, cum dentur ad dispensandum in favorem tertiæ personæ determinatæ: tum etiam, nam illa necessitas, quæ imponitur delegato ad exequendum, si preces veritate nitantur, potius habet vim mandati, quam gratiæ, & privilegij: vnde cum mandatum extinguatur morte mandantis, idcirco dicendum est commissiones prædictas morte concedentis expirare.

36. Deinde refragatur tex. in cap. legatos de officio legati hoc lib. 6. vbi iurisdictio delegata non expirat morte delegantis: igitur nec mandatum ad matrimonium contrahendum obitu mandantis extinguitur: cui obiectioni satisfaciendū est, dicendo procedere in legato Summi Pontificis a latere, qui cum ordinariam iurisditionem, & radicatam in sua persona, quæ morte concedentis non expirat, dicit. leg. more, dicit. leg. & quia, non verò delegatam habeat, idcirco morte Pontificis non extinguitur: at verò iurisdictio delegati cum non sit propria, sed mandata, atque delegata, & per consequens non radicata in eius persona, antequam incipiatur iudicium: ideo morte delegantis expirat, ita Pichardus in dicit. §. rectè num. 20. Vnde deducitur solutio ad text. in leg. si forte, ff. de officio præsidis, vbi probatur valere gesta coram præside ignorante successoris adventum, & subinde revocationem factam à superiore per electionem secundi delegati: igitur idem videtur dicendum, si delegans mortuus esset. Cui difficultati respondendum est concedendo consequentiam, nam procedit in iudice ordinario, qui cum iurisditionem propriam habeat, debet prius certior fieri suæ revocationis, leg. 4. §. rectè, ff. de officio pro Consultis, ita Thomas Sanchez cum ab eo relatis lib. 8. de matrimonio disput. 28. num. 4. Neque contra hanc interpretationem obstat dicere: iurisditionem vicarij ab Episcopo nominati ordinariam esse, vt aiunt glossa in cap. Romana de appellat. in 6. verbo *generaliter*, Covar. lib. 3. variarum cap. fin. num. 4. & tamen morte Episcopi finitur quo ad negotia inchoata, glossa in Clement. fin. de procuratoribus, Morla loco citato quæ ff. 27. num. 3. Nam respondendum est discrimen constituendo inter iurisditionem ordinariam, quæ vt accessoria ab altera pendet, & inter eam, quæ alteri vt accessoria non accedit: primo casu extincta principali iurisditione extinguitur accessoria: secundo non finitur, cum non

inhæreat alteri, sed à iudice ordinario vt propria exerceatur. Vnde cum iurisdictio vicarij, cohæreat iurisdictioni Episcopi tanquæ accessoria, nam reputatur vnâ, & idem tribunal, & eadem vtriusque persona, cap. 2. de consuetudine in 6. idcirco mortuo Episcopo iurisdictio vicarij quoad negotia coepta finitur, Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio disput. 30. num. 3. Covar. pract. quæst. cap. 4. num. 4. Enriquez lib. 8. cap. 13. num. 3. Vgolinus de censuris tabula 2. cap. 11. §. 3. num. 8. Bonacina loco citato num. 29. Ex qua interpretatione venit intelligendus text. in cap. 11. de officio vicarij hoc lib. 6. vbi asseritur Episcopo excommunicato suspendi iurisditionem vicarij. Ratio est: nam cum ea sit accessoria iurisdictioni Episcopi: ideo suspensa principali excommunicatione Episcopi (quod evenit post Extravagantem Martini Quinti, quando Episcopus est denunciatus, & publicus percussor clerici) suspenditur etiam iurisdictio sui vicarij, Thomas Sanchez dict. disput. 30. num. 6. Sayrus lib. 1. cap. 5. num. 37. & lib. 2. cap. 6. num. 3. & 19. Suarez tomo 5. disp. 15. sectione 2. num. 4. Avila loco citato dubio 4. Marius Alterius lib. 3. disput. 7. cap. 4. & lib. 2. disput. 2. cap. 2. ad finem, Reginaldus lib. 1. num. 47. & 48. Bonacina dict. tomo 1. de excommunicat. disput. 2. quæst. 2. puncto 5. num. 12.

37. Notandum est enim, quòd licet gesta à delegato ignaro mortis delegantis sint nullæ: nam expirat eius morte iurisdictio delegata, si tamen communis error mortis delegantis ad sit, quamvis omnia gesta à delegato stricto iuris rigore irrita sint, propter utilitatem publicam substinentur, argument. text. in leg. Barbarus Philippus, ff. de officio Prætoris, leg. 1. C. de testamentis, leg. 1. C. de sentent. & interlocut. 6. sed cum aliquis iust. de testament. ordinandis, cap. infamis 3. quæst. 7. cap. ad probandum de re iudicata, ita docent Thomas Sanchez cum ab eo relatis, dicto lib. 3. disput. 22. num. 59. Cuiac. lib. 18. observat. cap. 33. Robertus lib. 1. receptæ lectionis ea. 38. Govean. lib. 1. varia. cap. 6. Costal. lib. 1. quæst. cap. vlt. num. 20. Concius lib. 2. disput. cap. 2. Madera animadvers. iuris cap. 6. Gutier. quæst. pract. lib. 3. quæst. 42. n. 39. Rebuffus in praxi tit. de forma vicariatus num. 210.

38. Ex qua doctrina deducitur gesta ab excommunicato denunciato, & notorio clerici percussore, si communi errore habentur

beatum pro non excommunicato, valida esse. Ratio est: nam cum hoc impedimentum ex iure positivo proveniat, dicendum est vigorem continere, quæ sententia per argumentum à cōtrario sensu probatur ex dict. capit. ad probandum de re iudicata, sic docet Thomas Sanchez cum alijs quam plurimis ab eo relatis loco citato num. 31. & 32.

39. Rursus colligitur licentiam ad assistendum matrimonio contrahendo à parrocho concessam laico, qui communi errore existimabatur sacerdos, validam esse, & hac de causa matrimonium coram eo celebratum vim habet: Ratio est: nam hoc impedimentum, ob quod invalida fuit licentia, est solius iuris humani, quo casu ius supplet defectum iurisdictionis concurrentibus titulo colorato à superiore concessio, & communi errore, Thom. Sanchez loco citato num. 61.

40. Denique inferitur confessionem factam sacerdoti, cui Episcopus facultatem audiendi confessiones fictè concessit, validam esse. Ratio est: nam in hoc casu impedimentum est iuris positivi, & concurrunt titulus coloratus, & communis error fictio- nis, ita Thomas Sanchez loco citato num. 64. Bonacina vbi supra num. 33. Contra quam sententiam non obstat tex. in c. dudum el fe- gundo, de elect. ex quo constat prælatum, qui cōmuni errore, & ti- tulo à superiore collato, qui iam cessaverat, existimabatur iurif- dictionem habere, absolventem, damnabiliter animas decepisse: ergo absolutiones ab eo prælatæ fuerunt nullæ, aliàs enim hæ ani- mæ nō essent damnabiliter deceptæ, sed veram absolutionem ob- tinerent. Cui obiectioni respondendum est cum Abbate Panor- mitano in dict. cap. dudum num. 20. qui inquit ideo absolutiones à prælato collatas fuisse nullas; quia impedimentum illius præla- ti notorium fuerat. Vnde cum non concurrisset communis error, qui requiritur, vt facta à non habente potestatem valeant: hac de causa respondit Pontifex ibidem, absolutionem sacramentalem à prælato concessam fuisse validam.

41. Vnde inferunt Albericus in dict. leg. Barbarius Phi- lippus num. 29. & ibi. Iason num. 63. validam esse absolutionem factam ab eo, qui communi errore sacerdos existimatus confes- siones audit. A qua sententia, vt à veritate aliena prorsus recedendum est, nam maximum discrimen versatur inter eum, qui habet

impedimentum à iure divino ad aliquem actum exercendum, & inter eam, qui solum facere à iure prohibetur: primo casu gesta per habentem titulum putativum sunt invalida: in secundo vero vigorem continent. Ratis est: nam cum gesta per habentem titulum putativum, ea ratione sint valida, quia ius positivum ob publicam vtilitatem supplet eum defectum concedendo iurisdictionem, dicit leg. Barbarus sibi: *Et verum puto nihil eorum reprobari, cū populus Romanus etiam seruo potuisset decernere hanc potestatem: quam cum supplere non possit in his rebus, quæ à iure divino proveniunt, nam inferior in lege superioris potestatem non habet, cap. cum inferior de maiestate, & obediētia, cap. inferior 2 1. dist. cap. fin. de consuetudine: idcirco evidenter apparet gesta per habentem impedimentum iuris divini, aut naturalis, et tamen si interveniāt titulus putativus, & communis error, non valere: è contra tamen, si impedimentum sit iuris positivi. Vnde cum ille, qui non est sacerdos impedimentum iuris divini ad audiendas cōfessiones habeat, & Ecclesia circa sacramentorum substantialia aliquid immutare nequeat. Trident. Sessio 2 1. cap. 2. hac de causa absolutio non collata à non sacerdote, licet communi errore, & titulo putativo concurrentibus, irritam esse dicendū est. Sic docent Abbas in cap. 2. de Presbytero non baptizato ministrante, Decius in c. 4. fin. n. 5. Vgolius de censuris tabula 2, cap. 13. §. 4. per totum, Angelus verbo *Confessio* 4. n. 12, Tabiena eodem verbo 2. q. 23. n. 25. Caiet. in Summa verbo *Confessionis iteratio*, cap. *Confessio quare ex parte confessoris iteranda*, Thomas Sanchez 2 lib. 3. de matrimonio disput. 22. num. 27. Paludanus in 4. dist. 17. quaest. 6. art. 1. num. 6. Bonacina 1. tomo quaest. 2. de natura, & proprietatibus matrimonij p. 1. §. 36. Ayala 2. parte cap. 6. disput. 6. de bio 7. pag. 149.*

42. Ex dictis apparet tria necessaria esse, ut facta à non habente potestatem sint valida: primo requiritur communis error, quo aliquis communiter habeatur pro verò titulati, beneficiario, pratore, &c., & subiade non sufficit error vnius, vel duorū, sed debet esse communis. Secundò præter errorem communem opus est titulo colorato à legitimo superiore ad eundem concedendum potestatem habente collato, qui censetur adesse, quando superior legitimus dignitatem, vel beneficium alicui confert, sed ob

ob occultum aliquod impedimētum recipiētis collationem, collatio est invalida, vt accidit, quando beneficium occulto excommunicato confertur, cuius collatio est nulla. Præterea titulus coloratus adest, quando quis post adeptam dignitatem à superiore legitimo commisit aliquod delictum occultum, per quod ipso iure beneficio, vel dignitate erat privatus. Rursus adest titulus coloratus, quando superior post concessam dignitatem, aut facultatem, eam revocat. Quæ sententia expressè probatur ex dict. lege Barbarius, ff. de officio Prætoris vbi asseritur: ideò sententiam à seruo, communi errore libero existimato, prolatam validam esse, quia adfuit communis error, & delegationem habebat concessam ab eo, qui delegare poterat. Sic docent Speculator tit. de instrum. edit. §. restat num. 32. & ibi, Ioannes Andreas in additionibus, super num. 24. vers. *Illud autem*, Abbas in dict. cap. gratum num. 10. de officio delegati, & in dict. cap. dudum num. 20. & 21. de electione, Bartol. in leg. actuarios num. 2. C. de numerarijs lib. 12. & in dict. leg. Barbarius in 1. lect. num. 3. in 2. num. 4. 5. & 8. Baldus ibi. in 1. lect. num. 29. in 2. num. 13. 14. & 18. Thomas Sanchez cū alijs multis vbi supra num. 49. Tertiò requiritur, vt non adsit impedimentum iuris divini, aut naturalis, cum præiatus, vel Ecclesia, vt supra diximus, huiusmodi defectum supplere nequeat.

41. Contra quam doctrinam non obstant text. in c. quærelam vers. *nos ititur de electione*, cap. consultationibus de iure patronatus, ibi: *Institutus ad presentationem, qui eiusdem credebatur esse patronus, & postea ius patronatus alius euicorit, in iudicio institutus non debet ab ipsa ob hoc remoueri.* Ex quibus iuribus constat presentationem factam ab eo, qui titulum coloratum præsentandi non habebat, validam esse: nam procedunt in quasi possessionibus iuris eligendi, & præsentandi, quæ cum non requirant decretum superioris: idcirco præsentatio à patrone facta, qui titulum coloratum non habet, sed solum quasi possessionem præsentandi, vim habet, ita docent Bart. in dict. leg. Barbarius in 2. lectura num. 4. Abbas in cap. nihil num. 11. de electione. Neque refragatur text. in Authent. de Tabellionibus immediate ante §. vlt. ibi: *Item si tabellio, qui præsentauit documenta propter utilitatem contrahentium non abnullis iudis.* Ex qua decisione constat facta instrumenta à tabellione, qui ob aliquod delictum officium amiserat, non vitiari,

& tamen tunc notarius titulum non habet. Cui objectioni satisfaciendum est dicendo, quòd licet tabellio ob delictum titulū perdat, at verò cum ipsum retineat, dum sentētia iudicis eo non privatur: nam leges pœnales, quæ ad sui executionem actione humana indigent, ante sententiam iudicis nō obligant, ut latè diximus in cap. conquerente de restitutione spoliatorum ex num. 117. hac de causa dicendum est gesta per falem tabellionem valere, ita Thomas Sanchez loco citato num. 54.

42. Deinceps obest text. in leg. si ego §. si res, ff. de iure dotium, vbi probatur rem Titio à Seio traditam sub conditione, ut si matrimonium cum Sempronia celebrasset, dotalis efficeretur, contracto matrimonio post mortem mandantis dotalem fieri: igitur mandatum morte mandantis non finitur. In qua difficultate explananda inquit Bartol. in leg. si pecuniam, ff. de condit. causa data procedere in contractu innominato, in quo licet re integra non liceat pœnitere, dict. leg. si pecuniam, vers. sed cum hoc, limitatur in causa dotis, cuius favore licitum non est pœnitere, quæ interpretatio rejicitur ex eo: nam causa libertatis non minus favorabilis est, quàm dotis causa, & tamen in ea pœnitentia admittitur, dict. leg. si pecuniam, §. 1. l. 3. §. 1. ff. eodem titulo. Vnde hac solutione reiecta, & alijs traditis ab Acurzio in dict. §. si res, verbo favore dotis, & altera Antonij Fabri lib. 8. cōiecturarum, cap. 9. qui asserit, vers. sed benignius est, integrum delendum esse, dicendum existimo text. in dict. §. si res loqui in donatione, ut constat ex illis verbis, pendet donatio, quæ licet morte mandantis extincta esset, favore tamen dotis tenetur hæres ei consentire, vel si nolit, ipso iure substat: favor enim in eo cōsistit, nam cum donationis conditio post mortem mandantis impleta fuisset, non videbatur effectum habitura, cum eo tempore rei donatæ dominium à defuncto, qui donationem fecit, abscesserit, & transisset in eius hæredem, cui sine facto suo auferri non debuit, favore tamen dotis, ne ob id mulier maneret in dotata, Vlpianus dixit hæredem compellendum esse donationi factæ à defuncto consentire, etsi nolit, ipso iure dominium transferri.

43. Contra quam expositionem refragatur text. difficilis in leg. 2. §. si pecuniam, ff. de donationibus, vbi scribit Iulianus pecuniam à Titio traditam Seio sub cōditione, ut tunc sua fieret,

cum

cum Sempronius Consul factus fuisset, ad epta dignitate Consulatus à Sempronio post mortem Titij suam fieri: igitur in dict. §. si res nullam favorem versari dicendum est. Cui difficultati, omiffa sententia D. Francisci de Amaya lib. 2. observat. cap. 4. num. 48. satisfaciendum est, discrimen constituendo inter vtranque speciem: nam in dict. §. si res, cum res traderetur marito, & non uxori, vt sequutis nuptijs ipsi uxori maritus traderet, vt dotalis efficeretur, morte mandantis extinctum fuit mandatum de re donanda, quia res erat integra: ideo que necesse fuit favorem attendi, vt illam donationem heres adimplere adstringeretur: at verò in dict. §. si pecuniam, cum res tradita esset personæ, cui adquirenda erat, definit esse res integra, & hac de causa adimpleta conditione post mortem mandantis transfertur eius rei dominium. Quæ solutione intelligendus est text. in leg. sed interim 12. §. si vxor, ff. de donationibus inter. vbi discrimen constituitur inter eum casum, quo ab vxore fuit res tradita marito, & inter eum, quo ab ea fuit Titio tradita, vt post mortem ipsius vxoris marito adquiretur: primo casu docet Consultus post mortem vxoris marito acquiri, quia res non erat integra: in secundo verò negat acquiri: cum res esset integra, ita Pichard. in dict. §. rectè inst. de mandato num. 17.

44. Præterea obstat text. in leg. illam 33. C. de donationibus, vbi asseritur mandatum morte mandantis non expirare. Cui obiectioni satisfaciendum est, dicendo procedere in mandato in rem propriam mandatarij constituto (vulgo apud nos *poder en causa propria*) quod specialitatis causa morte mandantis non expirat, cuius legis specialitatem post Bart. in dict. leg. sed interim 12. §. sed et si quis, ff. de donat. inter. prosequuntur Balduinus in Iustianiano pagina 139. Mocius in tract. de mandato, §. quo modo annulletur mandatum num. 9. cum sequenti vers. *septimo fallit*.

45. Vtcrius obest: nam novi operis nunciatio à voluntate nunciantis pendet, leg. non solum, §. morte, ff. de novi operis nunciatione, at tamen transit ad heredem eius, qui novum opus nunciavit, leg. prætor 20. §. hoc interdictum, ff. eodem titulo verò voluntas morte mandantis non finitur. Cui difficultati satisfaciendum est, distinguendo: an post nunciationem factam aliquid ædificatum sit, an verò nihil sit ædificatum: primo casu nunciatio

non fiat morte nunciantis, sed ad eius heredem transit, dicit §. hoc interdictum. Ratio est: nam res non est integra, cum novum opus post nunciationem factum esset: secundo vero casu, cum post nunciationem nihil edificatum fuisset, erat res integra, ideoque morte nunciantis nunciatio finitur, Iacobus Cuiac. lib. 48. ad edictum, Pauli dicit. leg. Prætor §. hoc interdictum, Iulius Papius centuria 6. conciliatione 75. Donel. lib. 15. comment. cap. 46. verbo *mutatione*.

46. Rursus refragatur, nam precarium pendet à voluntate concedentis, d. cap. fin. de precario, leg. 1. ff. eodem tit. at vero precarium ad heredem eius transit, leg. cum precario, ff. de precario: igitur voluntas morie mandantis non finitur: augeturque difficultas ex leg. 4. ff. locati ibi: *Locatio precarij verogatio ita facta, quo ad is, qui eam locasset, dedisset, vellet: morte eius, qui locavit, nullus, ex quibus verbis precarium morte cōcedentis finiri apparet.* Cui difficultati respondendum est, constituendo differentiam inter eum casum, quo precarium conceditur, quamdiu voluerit concedens; & inter eum, quo conceditur, quamdiu concedens non revocaverit: primo casu non transit ad heredes, quia per mortem finitur voluntas, qua in specie intelligitur text. in dicit. leg. locatio: secundo vero casu non finitur morte cōcedentis, nam cum indigeat contraria eius voluntate expressa, quæ in moriente non potest inveniri, ideo morte concedentis non finitur precarium concessum, quamdiu concedens non revocaverit. Neque obstant verba dicit. leg. 1. ff. de precario ibi: *quamdiu patitur is, qui concessit,* nam accipienda sunt, id est quamdiu is, qui concessit, non revocaverit, Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 69. num. 8. Pichard. in §. mortuo conductore num. 1. inst. de locat. & conduc. Contra quam doctrinam obest text. in cap. si delegatus de officio delegati in sexto, ubi probatur, cōcessã jurisdictionē, donec à cōcedēte revocetur, si res non sit integra, non expirare per mortem ipsius concedentis: ergo si res fuisset integra, iurisdicō finiretur. Cui difficultati respondendum est, constituendo discrimen inter iurisdictionem concessam, quamdiu non revocetur à delegante, & inter ceteros actus eodem modo concessos: primo casu extinguitur morte delegantis iurisdicō. Ratio est: nam iurisdicō non perpetuatur sola voluntate delegantis, sed requiritur etiam ad suam perpetuationem

tati satisfaciendum est negando consequentiam, discriminis: ratio in eo consistit: nam cum auctoritas imperij, & magistratus maior esse debeat potestate privatorum, vt considerat Donellus lib. 17. comment. cap. 20. vers. *à persona eius*, idèò deleganti iurisdictionē, qua vti iam cōceperat, revocare sine causa licitum est: privatis verò sine causa non permittitur revocare mandata iam adimpleri cōcepta, leg. ante litem 16. cum sequenti, ff. de procuratoribus.

49. Deinceps infero solutionē ad text. in leg. si quis mācipijs 17. §. si impubes, ff. de institoria actione, vbi contra pupillū institoria actio datur pro contractibus cum mādatario gestis post mortem patris, à quo fuerat præpositus tabernæ, vel negotiationi Ratio est: nam mādatum institoris est generale, & post inchoatam eius ad ministracionem propter utilitatē promiscui vsus res non integra dicitur, leg. sed si pupillus 1. ff. de institoria actione. Vnde cum in dict. §. si impubes mandatarius iam incepisset negotia administrare: idcirco contractus post mortem mandantis à mādatario celebrati sunt validi. Cui solutioni obest text. in dict. lege eius, qui in provincia, ff. de rebus creditis, vbi servus præpositus erat negotiationi vniversali, & tamen respondit iure Consultus, mādatum extinctum esse morte mandantis. In cuius difficultatis satisfactiōe communiter solet responderi, ibi non fuisse mādatum propter mortem domini, sed propter mutationem status servi, quæ revocationem inducit, leg. cum quis 37. in princip. ff. de solutionibus. Quod status fuisset mutatus, constat ex illis verbis, *quo idem Stichus liber, & ex parte heres erat scriptus*, ita Bart. in d. leg. eius, qui in provincia num. 9. Pichardus in dict. §. rectè nu. 12. Sed hæc interpretatio convincitur: nam solum mutatione status extinguitur mādatum his casibus, quibus in deteriorem conditionem mutatur, veluti cum mandatarius in adoptionem, exiliū, & aquæ & ignis interdictum mittitur, aut quādo servus poenæ factus est, quibus exēplis loquitur iure Consultus in d. l. cū quis. At verò si in meliorem statum mandatarij, siue adiecti conditio mutata fuerit, non extinguitur mādatum, & solvendi facultas adiecto non denegatur, quomodo interpretāda sunt difficilima iura, alioquin contraria dict. leg. cum quis, in leg. Stichum 95. §. vsumfructū ff. de solutionibus, leg. cum qui 56. §. qui sibi, ff. de verborum obligationibus. Vnde cum in dict. leg. eius, qui in provincia in melio-

rem conditionem status mutaretur, eius causa mandatum extingui morte mandantis dicendum non est. Quare prædicta interpretatione reiecta, & altera Donelli dict. lib. 6. comment. cap. 10. & in dict. leg. cum quis, & Osualdi ad eundem Donel. dict. cap. 10. littera R. Respondendum est discrimen constituendo inter mandatum institoris, & mandatum dispensatoris pecuniæ: primo casu morte mandantis mandatū non extinguitur: nam specialiter propter utilitatem promiscui usus consideratur res non integra post inceptam administrationem: secundo verò casu, cum non confideretur utilitas promiscui usus, dicitur res integra post inchoatam administrationem: ideoque in dict. leg. eius, qui in provincia, mandatū morte finitur, ita sentit Accurs. ibi. vers. *quas vero*, quem sequitur, & laudat Cuiac. in tract. 8. ad Africanam ibidem.

50. Contra quam sententiam refragatur text. in Clemēt. fin. de procuratoribus, ubi traditur procuratorem à prælato, vel rectore pro Ecclesia, aut beneficio institutum, eorum morte, etiā quoad negotia iam coopta, & in quibus litem fuerat contestatus, revocatum censeri. Cui obiectioni reiectis glos. solutionibus ibidem, verbo *revocari*, respondendum est cum Bonifacio, & Imola ibidem num. 14. & Saliceto in dict. leg. mandatū in princip. Asserentibus speciale esse in procuratoribus, qui à prælatis, aut ab alijs quibuscunque beneficiarijs nominantur, quorum mandata mandantis morte expirant, etiam quoad negotia inchoata. Ratio est: quia cum beneficiarij beneficiorum domini non sint, sed fructuarij, cap. fin. de peculio, neque in eis hæredes habeant, cap. 1. de præbendis, & sub inde successores non ex defuncti persona, sed ex proprio iure beneficijs succedant; ideo mandantis ius, quod habebat in beneficio, morte eius resolvitur, & per consequens mandatū expirat.

51. Vtcrius obstat text. in leg. fundi venditor. §. fin. ff. de acquirenda possess. ubi probatur mandatū morte mandantis nō extingui. In qua obiectione dissolvenda Bart. in dict. leg. 2. §. sed si quis donaturus, ff. de donat. Pichard. in dict. §. rectè num. 16. inquirunt prædictum text. intelligendum esse, quando mandatū procedit ex causa necessaria, quo casu non finitur morte mandantis, cum etiam post mortem necessitas faciēdi duret, veluti si quis fundū Titio vendidit, cui possessionem tradere tenebatur, §. pre-

tium in st. de empt. & vendit. leg. empto r i. ff. de actionibus empt. l. fistulas 78. §. i. ff. de cōtrah. empt. & eā tradere mādatarario iussit, potest post eius mortē mandatarius rem venditam emptori tradere, cum ad id faciendū astrictus fuisset vēditor. Sed hęc interpretatio admitti nequit, cum d. §. fin. non conveniat: nam in eius specie certum est mandatum morte mandantis solvi, aliās enim liceret mandatario illud exequi, et si mortē mandantis sciret, mandata verò, quę post mortem durant, perfici à mandatario possunt: morte domini cognita, & haredibus prohibentibus, leg. mortuis 18. §. Titia, ff. de donat. causa mortis, leg. si verò 12. §. ult. ff. mandati. Vndè omissa hac solutione, dicendum est, quòd licet dominium non possit transferri ex mandato, quod morte mādantis solutum fuit, et si mors ignoretur, possessio tamen hoc casu transferri potest: nam cum possessio facti sit, potuit ex sola traditione transferri, argument. legis 1. §. si vir, ff. de adquir. possess. leg. mandatū 57. ff. mandati, vbi Papinianus ex traditione facta ab haredibus mādatarij possessionem, & conditionem vsucapiendi transferri probat: quia res bona fide accepta, & tradita est: prosequitur ad eius interpretationem Donellus dist. lib. 16. comment. cap. 23. in fine, & aliquos refert Gotofredus ibi. verbo *non vtiliter*: idè què cum in dict. leg. fundi venditor, §. fin. non agatur de domini, sed de possessionis translatione, meritò post mortem mandantis potuit transferri, ita Accurs. ibi. verbo *recte*, Covar. in pract. cap. 11. n. 2.

52. Deinde pugnant text. in leg. si verò 12. §. fin. ff. mandati, & text. in leg. fin. in princip. ff. de solutionibus, vbi asseritur mandatum morte mandantis non finiri: quibus iuribus respondendum est, idè ibidem non finiri mandatum morte mandantis, quia post eius mortem implementum mandati mandatario fuit commissum. Contra quam interpretationem non obstat text. in dict. leg. fin. ibi: *Et autem, qui iussit debitorem suum post mortem meam solvere, non recte solvitur, quia mandatum morte dissolvitur*: ex quibus verbis apparere videtur mandatum, cuius implementum fuit commissum post mortem mandantis, morte eius finiri: nam respondendum est, illa verba, *post mortem meam*, legenda esse, post verbū *solvere*, ac si Paulus dixisset, *ei autem, cui iussit debitorem suum solvere, post mortem meam non recte solvitur, quia mandatum morte dissolvitur*. Vndè dicendum est iure Consultum in verb. *ei autem*, non loqui

loqui de mandato, cuius implementum commissum erat post mortem mandantis, ut in princip. legis asseruit, sed de mandato, cuius implementum post mortem mandantis non fuit commissum. Quæ solutio colligitur ex illa aduersativa, *autem*, quæ contrariam sententiam priori decisione indicat, deinde ex ratione propoſita, ibi: *quia mandatum morte dissoluitur*, quæ minime convenit vulgatæ lectioni, ita docent Cuiac. lib. 1. obser. cap. 38. Pichard. in d. §. rectè n. inquam solutionem prius agnoverunt, Accurs. & Bart. in d. l. fi.

§ 33. Vterius aduersatur text. in leg. si defunctus 15. ff. de procuratoribus, ubi mortuo domino ante litem contestatam, qui pro suo procuratore sciente, & non contradicentem satisfactionem præstitit, de iudicatum solvendo, mandatum minime morte eius re integra extinguitur: sed procurator compellitur iudicium suscipere: igitur mandatum morte mandantis non extinguitur, Pro cuius vera explanatione distinguendum est inter mandatum ad iudicia, siue ad lites, & inter mandatum ad negotia: primo casu ex parte actoris desinit esse res integra per litem contestationem, leg. ante litem 16. ff. de procuratoribus, leg. post litem, leg. nulla, C. eodem titulo, dict. cap. relatum, de officio delegati; ex parte vero rei, dicitur res non integra, eius satisfactione præstita. Vnde cū in dict. leg. si defunctus 15. satisfactio præstita fuisset, res non erat integra, idèòque mandatum morte mandantis non fuit finitum: secundo verò casu quando mandatum datur ad negotia, tunc desinit esse res integra, cum mandantis, aut mandatarij incipit interesse, veluti si coeptam fuisset negotium, vel sumptus, vel impensas coepit facere mandatarius, leg. si procuratorem 8. §. mandati actio, ff. mandati, ita docet Pichard. loco citato num. 13.

§ 4. Contraquam distinctionem obstat text. in dict. cap. gratum, ubi ex parte actoris non solum litem contestationem, sed mandantis citatione perpetuari iurisdictionem, ait Pontifex, sine eo, quod morte delegatis expiret iurisdictione: ergo frustra desideratur litem contestatio, ut res desinat esse integra. Qua difficultate motus Bald. in leg. idemque, ff. de usufructu inquit, text. in dict. cap. gratum, cum cap. relatum vera conciliatione carere; sed omiſsa hac sententia, & alijs varijs solutionibus, dicendum est text. in d. cap. gratum non agere de simplici citatione, sed de peremptoria, de qua loquuntur iura relata in leg. ad peremptorium 68. & in leg. post

ad dictum 73. ff. de iudicijs, leg. cōtūmācia § 3. ff. de re iudicata, cap. ex tuā de clericis non resident. vbi Panormit. num. 4. quæ citatio, cum vim litis cōtestationis habeat, leg. consentaneum auth. qui semel C. quomodo, & quando iudex c. quoniam frequenter, §. porro, vt lite non contestata, id circo ea interveniente perpetuatur iurisdicōtio, & res non integra dicitur. Quæ interpretatio colligitur ex dict. cap. gratum, ibi, *citationis edicto*, quod per emptorium appellatur, vt notat Anton. August. prima collectione decretaliū innotis ad eundem text. Cui solutioni non adversantur verba d. cap. gratum, ibi, *lite vero post mortem contestata*: ex quibus verbis dicendum videtur ibi litem contestatam non fuisse ante mortē delegantis, nam sunt intelligenda de vera litis contestatione, non de ficta, aut interpretativa, quæ citationis peremptorio edicto inducitur, vnde dicendum est text. in dict. cap. relatum amphari ex d. cap. gratum, ita vt non solum vera litis contestatione, verum etiā & interpretativa ex peremptorio edicto citationis perpetuetur iurisdicōtio mandata iudici delegato. Qua solutione intelligendus est text. in leg. 35. tit. 18. part. 3. ibi, *et alomenos per ex plagamiento*. Neque contra hanc distinctionem obstant text. in cap. proposuisti de foro competent. & in leg. si quis postea quam ff. de iudicijs, vbi probatur per citationem perpetuari iurisdicōtionem, tam iudicis ordinarij, quam delegati: nam respondendum est procedere in præventionē iurisdicōtionis, ad quam cum minor actus sufficiat, quam ad perpetuandam iurisdicōtionem: idē sola citatio sufficit, & est ratio, quia regulariter iurisdicōtio inter duos iudices prævenitur, qui iam habent radicatam iurisdicōtionem, vt in exemplo authent. habita C. ne filius pro patre, leg. fin. C. de iurisdicōte lege vnica C. vbi in rem actio, cap. cum sit generale de foro competent, leg. 10. tit. 13. lib. 8. recopilationis.

55. Rursus pugnat text. in leg. Lucius 32. ff. de donationibus, vbi probatur concessionem habitationis ad voluntatem cōcedentis factam non extingui eius morte, sed novam hæredum revocationem exigere: ergo voluntas morte mandantis non extinguitur, & per consequens neque eius mandatum. Cui difficultati communiter solet responderi Scævolum loquutum fuisse de gratuita habitatione precario concessa, vt colligitur ex illis verbis, *Idē te ex voluntate mea facere hac epistola notam tibi facio*: ex quibus apparet

apparet concedentis illam fuisse mentem, ut ex sua voluntate concessio penderet, quod precarij præcipuum est, leg. 1. & per totum ff. de precario, cuius precarij concessio, cum morte concedentis non fiat, cap. fin. de precario: idè dicitur iure Consultum de precario loquutum fuisse, sic Anton Faber lib. 2. coniect. cap. 19. qui, ut hæc interpretatio defendi valeat, inquit illa verba, *quandiu volueris*, legenda esse, *quandiu voluerim*, cum de essentia precarij sit, ut in voluntatem concedentis, non etiam recipientis conferatur, dict. leg. 1. ff. de precario. Sed hæc solutio subitineri nõ valet, tam quia defendi non potest sine emendatione, tum etiam nam de precarij essentia est, ut preces interveniãt dict. leg. 1. ff. de precario, at in dict. leg. Lucius, preces non intervenerunt, quod patet ex illis verbis, *hæc epistola notum tibi facio*, ubi si preces petentis precessissent, ad quid ille, qui concedebat, sive dabat, notum sua epistola receptura faciebat, ergo prædicta interpretatio admitti nequit. Deinde convincitur ex leg. & habet 15. §. 1. ff. de precario, in illis verbis: *hospites, & qui gratiam habitationem accipiunt, non intelliguntur precario habitare*. Quare omissa hac sententia dicendum est, donationem habitationis præstitam, quandiu ea donatarius uti vellet, revocabilem esse: nam lex Cincia, quæ donationibus certum modum imposuit, statuit, quòd donatio habitationis gratuito concessa, qua idem donatarius ea uti vellet, durasset tantum usque ad mortem donantis, si eo tempore eam revocavit, si verò voluntatè revocationis non expressit donator, eius hæredes possint rem donatam revocare. Ratio est: quia si donator non revocavit, videtur suis hæredibus licentiam revocandi præstare: vnde cum in dict. l. Lucius iure Consultus loquatur de donatione habitationis concessa, quandiu donatarius voluerit, quæ secundum legem Cinciam restringitur usque ad mortem donantis, si eam eo tempore revocare vellet, & revocatione non interveniente, eius hæredes licentiam revocandi talem donationem habent, & ex dict. leg. constat revocationem donatoris nõ intervenisse: idcirco asseruit eius hæredes habitationem concessam revocare valere; exornãt latè Cuiacius lib. 17. observat. cap. 33. Conan. lib. 5. comment. cap. 9. Cui solutioni non obstat text. in leg. Aquilius Regulus, ff. de donat. ubi probatur hæredes donatoris non posse revocare donationem habitationis factam ab eo: nõ breviter satisfaciendum est, dicèdo cum

cum eodem Cuiacio loco citato, & lib. 29. quæstionum Papiniani ad dictam legem Aquilius Regulus, procedere in donatione remuneratoria, quæ cum potius debiti solutio, quàm donatio sit, l. se testif. lege 25. §. consulvit, ff. de petit. hæred. hac de causa donationis hæredes rem donatam causa remunerationis revocare non possunt.

56. Præterea ob est text. in cap. quoniam Abbas 14. de officio delegati, ubi decernitur re integra morte mandatarij iurisdictionem non finire, sed in eius successorem transire: ergo nec mandatum morte mandantis extinguatur debet. Cui difficultati respondendum est, discrimen constituendo inter iurisdictionem cõcessam personæ, aut dignitati: primo casu morte mandantis, aut mandatarij re integra finitur mandatum: secundo vero, si ve sit, si ve non sit re integra morte mandatarij; aut mandantis non finitur, nam dignitas non extinguitur, sed semper manet, quod probatur ex cap. si gratiose de rescriptis in sexto, ubi inquit Bonifac. Octavus, gratiam à Pontificis voluntate concessam, ipso mortuo, cessare ad sedis tamen Apostolicæ voluntatem datam nõ cessare, quia Sedes Apostolica non moritur, sicut Pontifex. Unde cum in dict. cap. quoniam Abbas loquatur Pontifex de delegatione dignitati facta, quæ morte possessoris non expirat, sed in successore transit. Hac de causa asseruit morte mandatarij non extinguatur, ita docent Abbas in dict. cap. quoniam num. 7. Felinus, & Decius n. 3. Mantua num. 4. Morla in emporio iuris tit. 2. de iurisdic. omn. iud. num. 92. Covar. lib. 3. variarum cap. 15. num. 2. Sahagum in dict. cap. quoniam, Abbas num. 1. & 24. Menoch. de arbitrariis, quæst. 68. num. 25.

57. Ex qua solutione venit explicandum, quãdo privilegium, seu iurisdictionis alicui concessa cõcessatur realis, hoc est, dignitati cõcessa, aut personalis, id est personæ data: pro cuius vera explanatione distinguendum est, an facultas committatur expresso solo nomine personæ, cui facultas datur, ut si dicatur, *commitimus Titio*, vel expresso solo nomine dignitatis, veluti *Episcopo Salmantino*, vel an utroque nomine explicato, ut *commitimus Petro Episcopo Salmantino*: primo casu, cum sola persona nominetur, dicitur privilegium personale, & hac de causa morte eius, cui concessum est, extinguitur leg. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidiana, & æstiva. leg.

leg. maritum 1 2. ff. soluto matrim. cap. privilegium personale, de reg. iur. in sexto, leg. privilegia 1 5 6. ff. eodem titulo cap. sanè 9. de privileg. cap. 2. de auctorit. & vsupalij : secundo quidem dicitur reale, cum potius dignitati, quam personæ sit concessum dicto cap. quoniam Abbas ibi, *quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum commissio emanavit*, verbū enim *locorum*, accipitur pro verbo dignitatum, quæ locis præfunt, secundum sententiam Abbatis ibi. num. 8. ab omnibus receptam : ideòque morte personæ non extinguitur, sed ad successorem transit, siue res sit, siue non integra, nam dignitas non extinguitur, sed semper manet : tertio verò casu quando privilegium, aut iurisdictio cōceditur expresso nomine personæ, & dignitatis, censetur personale. Ratio est : nam quoties genus, & species concurrunt in vna persona, genus expositum restringitur ad speciem cap. 2. de rescript. cap. statuto, de decimis lib. 6. vel quia cum verba debeant aliquid operari, leg. si quando, ff. deleg. 1. & præcipuè in rescriptis Pontificum, nec vlla syllaba superflua esse debeat, ideò dicendum est, privilegium concessum utroque nomine expresso, tam personæ, quam dignitatis, personale esse, non reale, aliàs enim sequeretur, quod nomen personæ frustra poneretur, ita docent Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 27. num. 2. Covar. loco citato. Salas de legibus, disput. 20. sect. 17. num. 1 2 4. Filliuc. tractatu 10. p. 2. cap. 10. num. 342. & 343. Gutierrez de matrimonio cap. 125. num. 1. & 9. Bonacina 2. tomo disput. 1. de legibus, quæst. 3. puncto 8. §. 1. num. 3. Undè evenit commissiones factas officiali, vel vicario Episcopi, ad dispensandum in impedimentis matrimonij, vel in alijs rebus, quæ solent committi officiali diocæsano, non posse eo vivente, aut etiam mortuo, vel amoto ab officio expediri per Episcopum, nisi per successorem in officio vicarij. Ratio est : nam cum dignitas Episcopi diversa sit à dignitate vicarij, cap. venerabilibus in principio, de sententia excommunicationis lib. 6. ibi, *Episcopo, vel eius officiali*, asserendum est non posse Episcopum prædictas dispensationes expedire. Neque obstat dicere tribunal Episcopi, & vicarij idem esse ca. 1. de officio vicarij hoc lib. 6. & per consequens dispensationes, quæ per vicarium expediri poterant, posse etiam per Episcopum, nam respondendum est tribunal Episcopi, & vicarij esse idē in ijs, quæ sunt de iure ordinario, non verò in ijs, quæ

pecialiter ex delegatione committuntur, ita Sanchez loco citat^o num. 30. Bonacina vbi supra num. 12. Gutierrez dist. cap. 125. n. 11. Salas vbi supra, vers. *ex dictis*.

§ 8. Deinceps obstat text. in cap. cum venisset 25. de testibus, & attest. vbi asseritur mortuo delegante re integra delegatis iurisdictionem non expirare: ergo mandatū morte mandantis non finitur. Cui obiectioni cōmuniter respōderi solet pro eodem casu, quo ex partiu cōsensu delegatus mortuo delegante in causa sibi cōmissa processit: sed hæc solutio non valet admitti ex eo: quia privatorum consensus facere iudicem non valet eum, qui nullo præst iudicio, leg. privatorum, C. de iurisd. omnium iudic. quare omissa hac sententia, dicendum est cum glossa ibidem verbo *egerit*, ideò mortuo delegante potuisse delegatum de causa sibi commissâ cognoscere, quia res non erat integra, cum citatio ante mortem delegantis fuisset facta, quod ostendunt illa verba: *mandamus quatenus si sententiam illorum non eritis canonice promulgatam, eam auctoritate Apostolica confirmetis*: ex quibus probatur non aliter cōfirmandam esse sententiam, quam si fuisset canonice promulgata à delegato, quæ cum secundum canones promulgata dici non valet, si post mortem delegantis cœpisset delegatus cognoscere, hac de causa dicendum est in dict. cap. cum venisset rem integram non fuisse eo tempore, quo delegans ab hac vita discessit: ideò que potuisse delegatum sententiam proferre. Contra quam interpretationem non refragatur dicere, quod si cœptum fuisset iudicium ante delegantis mortem, non assereret Urbanus Tertius, ideò non obstante sui prædecessoris obitu sententiam à delegato promulgatam esse validam: quia vnus ex litigantibus postea egerit, & responderit, testesque duxerit producendos, nam satisfaciendum est dicendo, quod licet morte delegantis non fuisset finita iurisdictione delegati, cum citatio præcessisset, at verò cum appellatum esset ex vna litigantium parte à iudice delegato prætextu mortis delegantis, & hac de causa iurisdictione delegati suspenderetur c. venientes 19. de iure iurando, cap. cum cōtingat 36. de officio delegati, cap. 1. de appellat. cap. non solum eodem titulo in 6. Ideò Pontifex asserit non obstante perpetuatione iurisdictionis delegati per citationem, fuisse necesse, vt post appellationē interpositam, is, qui appellavit, ei renunciaffet comparendo, respondendo, & testes pro-

producendo coram iudice delegato, quo casu cum renunciatio appellationis intervenisset, sententia promulgata à iudice delegato valuit, cap. sollicitudinem de appe. lat. cap. à iudice eodem titulo in 6. ita Hostiens. Cardinal. & Antonius in dict. cap. cum venisset.

59. Quibus sic suppositis non obstant argumenta contraria parte aducta, non primum, cui satisfaciendum est, constituendo discrimen inter sacramentum matrimonij, & cætera sacramenta: matrimonium enim per procuratorem celebrari potest. Ratio est: nam cum matrimonium sit cõtractus, qui inter absentes constitutus valet, leg. 1. ff. de contrahenda emptione, & Christus Dominus noster in institutione huius sacramenti, naturam contractus non mutasset, sed potius eam elevasset ad sacramentum, idcirco per procuratorem celebrari potest. At verò cætera sacramenta, cum nõ fuissent instituta à Christo Domino nostro in natura cõtractuũ, sed in actionibus personalibus, non possunt per procuratorem recipi, ita docet Thomas Sanchez dicto lib. 2. de matrimonio cap. 10. num. 3. Bonacina tomo 1. dict. disp. 2. de natura, & proprietatibus matrimonij, quæst. 2. puncto 5. num. 2. Filiucius tractatu 10. cap. 1. quæstio 10. num. 23. Vnde evenit quòd si is, qui dedit mandatum ad contrahendum matrimonium tempore, quo à procuratore celebratur, nec consentit, nec dissentit, validum est: nam prior consensus virtualiter durat, veluti si quis baptizari voluisset, & dormiens baptizaretur, recipit veram baptismum, cap. maiores, §. item quæritur, vers. dormiens de baptismo, docet Thom. Sanchez loco citato n. 12. Qui etiã ait valere matrimonium celebratum à procuratore licet tempore matrimonij contracti mandans iam incidisset in furorem. Ratio est: quia virtualiter durat prior consensus, neque obstabit, si obijcias, quòd si sacerdos audita confessione amens fieret, & sic absolveret, absolutio nulla est, quia actus ministri debet esse humanus; sed contrahentes matrimonium per procuratorem sunt ministri matrimonij, & non procurator: ergo si tempore, quo procurator consensum præbet, qui mandatum dedit, usu rationis careat erit nullum matrimonium; nã respondendum est argumentum procedere quando contrahentes per se ipsos matrimonium contrahunt, tunc necessario debent esse mentis compotes, dum contrahunt, & sic nil agerent, si dormientes, aut insani essent tempore

matrimonij, sed quando matrimonium contrahitur per procuratorem, sufficit tempore, quo mādatum dedit, absque futuro esse, & quod procurator, quādo præstat eius consensum, compos mentis sit, vt in cæteris contractibus contingit, quia tunc contrahens non ministrat per se ipsum, sed medio instrumento.

60. Non obest secunda difficultas, cui respondendum est, negando consequentiam: nam licet hodie attento Concilio Tridentino non sufficiat nudus consensus ad matrimonium nisi coram parrocho, & testibus præstetur, si tamen per procuratorem, præsentem parrocho, & testibus explicetur consensus contrahentium, validum esse matrimonium, dicendum est. An post decretum Concilij Tridentini matrimonium per procuratorem celebratū sit sacramentum, consulendi sunt Thomas Sanchez, & Basilius locis iam citatis, qui partem affirmativam defendunt, & omnibus fundamentis pro parte negativa aductis satisfaciunt.

61. Neque aduersantur tertia, & vltima obiectio: nam his supra ex num. 15. usque ad num. 26. satisfacimus, cum quibus finitur nostri textus materia, vtinam sit ad laudem Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, nec non intemeratæ Virginis Mariæ absque labe peccati originalis conceptæ, & omnium Sanctorum, nostræque matris Ecclesiæ Romanæ, cuius correctioni omnia supra tradita libenter submitto.

(.?.)

LAVS DEO.

*Tiene licencia del Señor Licenciado Saldaña, profesor q
fue desta Ciudad, el Doctor Pedro Bajo Arroyo, como
consta de su original, dada à 14. de Febrero de 1633.*